




Small white label on the spine with illegible text.



*Opuscula*

Opuscula

(48)

PRETIUM  
ELABORATÆ PALLADIS,  
ET  
LONGINQVÆ PEREGRINATIONIS:

IN  
ILLUSTRISSIMO JUNIORE  
DOMINO, DOMINO

CAROLO,  
LUDOVICO,  
ANTONIO,

Sacri Romani Imperij

COMITE DE GASCHIN,  
LIBERO BARONE  
DE ET IN ROSENBERG,

*Ex Provincijs feliciter revertente,  
pauculis Versibus indigitatum;*

Eidémque,

antiquæ familiaris consvetudinis indulgentiâ,  
demississimè præsentatum :

P.er

P. A. R. A B. O. L. A M.

SEPTENÆ DOTES,  
IN  
ILLVSTRISSIMO IVNIORE  
COHÆRENTES.

C A B A L A.

O! in teneris jam sic consvescere multum est.

50. 49. 329. 40. 102. 371. 580. 195.

Summa & Annus.

1716.

I.  
APOLLINEIS INSTITVTVS CONDIMENTIS.

I.  
Poësis.

Lemma :

*Numeros impressit.* Virg. Georgic. l. 1.

EXcultus Latiâ COMES ILLUSTRISSIME linguâ,  
Pierijs ardes Te sociare choris.

Súntque Tibi facili faciles in carmina Musæ,

Phœbus & Aonias ipse ministrat aquas,

Plurima metra mihi Tecum collata recordor,

Nec data Mœonis tempora pauca jocis.

Et qVasI Certabas PhœbVM sVperare CanenDo ; (a) (a) Virg. Eolog. 5.

CAROLE cedo Tibi, sis ut APOLLO mihi,

II.

SVA Dâ APPRIMÈ EXCELLENS.

II.  
Oratoria.

Lemma :

*Tantus amor florum.* Virg. Georgic. l. 3.

CAROLE dum primi floret Tibi temporis ætas,  
Eloquij flores cum Cicerone legis.

Et trahis his animos, & adhuc crescentibus annis

Aurea fit verbum penè catena Tuum.

Scilicet est in Te facundi lingua PARENTIS ;

Hæredes labij subrogat Ille Sui.

ArCanVM natVra CapVt non proDit, (b) at arte (b) Lucan. L. 10.

CAROLE svaviloquens proderis Ipse Tuâ.

III.

III.  
CVM LAVDE PHILOSOPHVS.

III.  
Philoso-  
phia.

Lemma :

*Nec frustra - speculamur, Virg. Georgic. l. 1.*

**A**Tatem studijs iterum melioribus ornas,  
Te rerum causas quando Sophia docet.  
Ut bene perciperes subtilia scita Sophorum,  
Præcipuus vel in hoc, & labor omnis erat.  
Conueniens animo Genus est Tibi CAROLE doctæ,  
Grandius ingenio nec Tibi Nomen inest.  
*EgregiVs, CorDatVs hoMo, CatVs; (a) efferet ætas (a) Ennius apud Suet.*  
Major majorem per documenta Sophum.

IV.  
IVRIDICÂ PRÆMIATVS SCIENTIÂ.

IV.  
Jurispru-  
dentia.

Lemma :

*Prudentia major, Virg. Georgic. l. 1.*

**N**è quid ad eximias desit Tibi CAROLE dotes,  
Justinianæum vis penetrare forum.  
Utque Sophus doctè, sic prudens Juris Alumnus  
Propugnans Themidos, non sinè laude, Theseus.  
O! Te quàm pulchris decorat Natura talentis,  
Singula quæ multi, Tu simul unus habes.  
*Ista sglLLatIM possVnt seCreta VIDerI; (b) Enrius. l. 4.*  
Secernes factis elarius illa Tuis,

V.  
LINGVARVM DOTE PRÆCLARVS.

V.  
Lingua-  
rum pe-  
ritia.

Lemma :

*Quæsitâ reponunt, Virg. Georgic. l. 3.*

**P**incipio condente DEO cœlumque, solùmque,  
Quotquot erant, hominum par idioma fuit.  
Divisis populis, linguas divisit & orbis,  
Sermoque cum terris multiplicatus erat.  
Haud faciles captu capis Illustrissime linguas;  
Nempè labor vinci sedulitate potest.  
*Arte sonans sVaDet Lenes CaVa flstVLa soMnos; (c) Stat. The- baid. l. 1.*  
At remoram studijs non feret illa Tuis,

VI.

V I.  
Ludi E-  
questres.

V I.  
EQVESTRI SPECTATVS DOCUMENTO.

Lemma :

*Paribus concurrere telis.* Virg. Georgic. l. i.

C Rescere non cessant animi plenissima magni  
Pectora : nam stimulum nobilitatis habent.

CAROLE sive pugil, seu cursu ludis Equestri,  
Seu aliter, palmæ præmia Victor habes.

Sic LUDOVICE Tuum *Ludit vice* nominis omen,  
Quòdque alijs labor est, hoc Tibi ludus erit.

Næ *st V Det optatas CVrsV ContIngere Metas*, (a) (a) Horat.

Quisquis ad ingenium colligat artis opus.

VII.  
Peragra-  
tio exte-  
rarum  
Provin-  
ciarum.

VII.  
REGIONVM ASPECTV DECORATVS.

Lemma :

*Penetrant aulas, & limina Regum.* Virg. Georg. l. 2.

NIL sstlt CVpIDos, nhlL Ora Paterna MoratVr, (b) (b) Stat.  
Appetit externum mens generosa solum, Sylv. 4.

Num tellus eadem queat omnes gignere fructus ?

Hic coryli, meliùs fors ibi farra virent.

Hic alij mores, regimen distinguitur illinc,

Et, quò dissideat, quilibet orbis habet.

Expedit ergo vias tentare per extera Regna,

Hoc animos acuit, multaque ferre juvat.

Ista gubernandi methodum, vitanda pericla,

Cunctaque, quæ vitam sunt monitura, docent.

ReCta CaDIt, qVoqVò ponas, Vt tessera seMper, (c) (c) Rancat.

His ita formatus vir stat ubique bene.

Ex paribus causis longinquas CAROLE terras

Dum peragras, multò cultior inde redis.

Dotibus ingenuis in publica commoda cresce!

Et Patriæ, & magni spes pretiosa PATRIS.


Dij Tibi dent annos : à Te nam cætera fumes,

Sint modò virtuti tempora longa Tuæ.


QVæ CorDe AMICO eXoptat :

Idem qui supra.





s  
e,  
M  
o-  
m  
o  
es  
er  
ne  
a-  
ut  
o  
e-  
y-  
ti-  
e-  
s  
e  
o  
e



22.000,-

3.XII.13



**Bibliotheca**  
**P.P. Camaldulensium in Bielany**

Depozyt w Bibliotece Jagiellońskiej



02350

